

XI. *Qualiter naues et alia ligna de sexcentis milliariis et inde supra ornari debent in uelis* (1).

A. 184*

¶ Mandamus quod nauis uel banzonus uel buzus nauis (2) uel aliud lignum de sexcentis milliariis (3) et inde supra sic ornetur in uelis: In proda habeat artimonem (4), terzarolum et dolonem unum de fustagno et de banbacio, et parpalionem unum de canauazo (5). In medio habeat maioram (6), terzarolum et dolonem unum de bambacio uel de barachamo, et parpalionem unum de canauazo (7).

St. Tiep. A, 12.

Var. in Q: (1) XIX. *Manca il titolo.* — (2) uel buzo uel buzonaus — (3) de milliar. DC — (4) artimone — (5) bambasino et parpaglonem unum de caneuaza — (6) maiorem — (7) uel baracame, parpaglonem unum de caneuaza.

XII. *Qualiter arbores et antenne cuiuslibet nauis et aliorum lignorum ornari debent de sarciiis* (1).

Ordinamus quod arbores et antenne cuiuslibet nauis uel alterius ligni de ducentis (2) milliariis et inde supra ornentur de bonis mantis et sarciiis et sostis (3) conuenienter.

St. Tarr. 12.

Var. in Q: (1) XX. *De arboribus et antenis.* — (2) cuiuscumque nauis uel ligni de CC — (3) concietur de bouistis et sostis et sarciijs.

XIII. *De mantis nouis quos naues et alia ligna tenentur habere superfluos* (1).

A. 185

¶ Decernimus quod nauis et banzonus uel buzus Q. 86* nauis uel (2) | aliud lignum de tringentis (3) milliariis

Var. in Q: (1) XXI. *De nouis mantis superfluis.* — (2) nauis et buzo et buzonaus et — (3) CCC